



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

56 Et Papa est supra jus humanum, quod etiam declarare, immutare, ac illi derogare potest, *element. ne Romani, in princip. de elect. & Innocent. in cap. 2. in fin. de bigam.*

57 Episcopi † ab omnibus irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus, excepta ea, quae oritur ex homicidio voluntario, & exceptis aliis deductis ad forum contentiosum, possunt dispensare, concil. Trident. cap. 6. de reform. ss 2 4.

Et de jure communi, ante concil. Tridentin. pluribus aliis casibus, Episcopi dispensare non possunt, de quibus per gloss. 1. in cap. miror, 50. distinct.

In quibus autem possit, vel non possit Episcopus dispensare, tradit Gregor. Sayr. in Thes. cas. cens. cap. 7. eod. lib. 7. & dispensatio ab irregularitate, auctoritate ordinaria hoc modo fieri debet.

58 † Auctoritate. N. in hac parte tibi concessa, & mihi commissa.

Ego dispenso tecum super irregularitate, vel irregularitatibus, quam, vel quas contraxisti, vel (si res esset dubia) si contraxisti, ex tali casu (quam confessarius

exprimere debet,) & restituo te ad legitimos actus. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti. Amen.

Eidem Trinitati laus sit sempiterna, & Domino nostro Iesu Christo salutis nostrae auctori gloria, cuius gratia, ac benignitate, Beatissimaeque ejus Genetricis auxilio ab operis hujus initio, usque in finem adjutus, & illuminatus me reduxi.

Æternus honor sit Quadragesima Litteratis Martyribus, in quorum laudem haec quadraginta rerum capita (quod numerus, qui honori semper fuit habitus, eidem numero responderet) illorum favore, ac patrocinio, quod apud Deum assiduè imploro, favente numine, tandem compilata, & absoluta fuere.

Quæ tamen omnia cuique fidei melius sentienti, ac præcipue censuræ, & correctioni Sacrosanctæ Romanae, & Universalis Ecclesiæ, in omnibus, & per omnia supposita, ac subiecta esse volo: in cuius gremio, ac unione, dum vivam, permanere, ac pro ea, si opus esset, sanguinem ipsum fundere constituo, ac testor; cuius auctoritati, atque judicio inconcusso, animo semper adhaereo, eique me ipsum toto corde committo Laus iterata Deo.

PARS QUARTA. DE EMPHITEVSI ECCLESIASTICA.

Cap. I.

S V M M A R I V M.

¹ Transactio cum emphiteuta ecclesia dere, quam ipse posidet, non vi-

detur alienatio: potest fieri de bonis eccl. nondum incorporatis, ibidem.

Aaaa 3 Secus

- 2 Secus sine consensu Apostolico de unitu.
 3 Declarat, remissive.
 4 Actionem qui habet ad rem, ipsam rem
 habere videtur.
 5 Dominium ecclesie acquirit sine rei ra-
 ditione, ibidem.
 6 Rectio ecclesie non potest renunciare do-
 minio Ecclesie, ibidem
 7 Nec de bonis ecclesie disponere, nec trans-
 sigere.
 8 Non est ecclesie rerum dominus, sed tan-
 tum administrator.
 9 Principes seculares nunquam possunt tol-
 lere jus devolutionis in ecclesiam.
 10 Nullam habent jurisdictionem in bonis ec-
 clesie, ibidem.
 11 Empphiteus est juris gentium contra-
 ctus.
 12 Non possunt auferre, quae sunt juris genti-
 um, nec contra illud aliquid statuere,
 ibidem.
 13 Limita.
 14 Ius subditis sui quasitum, quando Princeps
 rollere possit, ibidem.
 15 Quoad clericos, & res Ecclesie, ha-
 bentur Principes, tanquam private
 personae.
 16 Suis interim privantur bonis, dum affe-
 ctant ecclesiastica.
 17 Politici novatores in qua discrimina suos
 adducant Principes, ibidem.
 18 Alienatio honorum ecclesie cum auctoriti-
 tate Pontificis est permitta.
 19 Mobilia ad successores Prelatos spectan-
 tia occupantes, suspensione penam in-
 currunt.
 20 Ampliatur etiam in factis ibidem.
 21 Empphiteus ecclesiastica, quando tran-
 seat ad scemnam.
 22 Quando secutus.
 23 Claustula per se, & heredibus, importat
 emphiteus in hereditariam.
 24 Idem, quod num. 15.
 25 Empphiteus ecclesiastica ad ecclesiam de-
 volvitur sola scemna superflua, que
 fuerit
 26 Semel exclusa.
 27 Claustula per se, & heredibus quibuscum-
 que, & quibus dederit, quidquid ope-
 ratur in emphiteus.
 28 Empphiteus sicut sine culpa emphiteuta,
 peti potest, ut renovetur,
 29 Secus se sit emphiteus ecclesiastica.
 30 Empphiteus ecclesiastica se sit renovanda,
 quid considerandum.
 31 Empphiteus ecclesiastica quomodo cum
 melioramentis ad ecclesiam re-
 vertatur.
 32 Verbum liberè in contractu emphiteu-
 tico, quia efficac.
 33 Emphiteuta, quando nec meliora-
 menta, nec jus possessionis posse
 pratendere.
 34 Successores factum primi emphiteuta ut
 queunt impugnare.
 35 Melioramentorum exceptio, etiam ad-
 versus rei judicata exceptionem ad-
 mittitur. Declara, ibidem.
 36 Limita.
 37 Melioramenta, quando in emphiteus solis
 dentur, ibidem.
 38 Contractus a conventione partium legem
 accipiunt.
 39 Limitatio eadem, que, num. 28.
 40 Melioramenta non possunt deduci con-
 tra decretum Pape.
 41 Limitatio eadem que, num. 28.
 42 Caducitas incurritur ob rei emphiteu-
 tica deteriorationem.
 43 Declara, ibidem.

Emphi-



- Emphiteus non potest incidere arbores fructiferas, ibidem.
- 33 Emphiteus ut posset expelli, tria copulativè requiruntur.
- 34 Deterioratio, quanta sit arbitrio judicis indicanda.
- 35 Caducitas incurritur ob rei emphiteuticas alienationem; irrequisito domino.
- 36 Declara.
- 37 Locationes ad modicum tempus, quando emphiteusis solemniter requirantur.
- 38 Pacta etiam contra jus laicale, emphiteusis opposita, sunt servanda.
- 39 Pactum ne emphiteusis ecclesiastica incidat in commissum, de jure veteri valet.
- 40 Alienatio bonorum ecclesiasticorum est de Papæ reservatis.
- 41 Empphiteus, quando possint irrequisito domino, bona laicalia emphiteutica alienare.
- 42 Pacta contra jus laicale emphiteusis opposita sunt servanda, modò non sint contra substantiam contraria.
- 43 Laicus est dominus rerum suarum.
- 44 Rector non est reddituum bonorum Ecclesiasticorum dominus.
- 45 Empphiteusis est quedam alienationis species.
- 46 Livellum, locatio perpetua, emphiteusis, & similia sunt synonyma.
- 47 Pactum ne emphiteusis ecclesiastica incidat in commissum, hodie non valet, etiam si à Pontifice legeretur commissum.
- 48 Rector in casibus permisso potest transigere de bonis ecclesie.
- 49 In emphiteusis ecclesiastica non sunt servanda pacta opposita contra jus laicale.
- 50 Non solvens ecclesiæ per biennium, etiam non interpellatus expelli potest.
- Dies pro homine interpellat, ibidem.
- Idem si vendat, irriquisito domino, ecclesiasticam emphiteusim, ibidem.
- 51 Iuramenta contra sanctiones ecclesiasticas non sunt servanda.
- 52 Papa omnium bonorum Dominus.
- 53 Declara, num. 49.
- Apposita in alienatione rei ecclesiastica an, & quando censeatur à Pontifice approbat, ibidem.
- 54 Papam certam scientiam habuisse, quomodo presumatur.
- 55 Clausula ex crita scientia in litteris Apostolicis quid operetur.
- 56 Papa, confirmando actum, perinde reborat, ac si à principio fuisse ab eo factus.
- 57 Quando censeantur à Pontifice non approbata apposita in alienatione rei ecclesiastica.
- 58 Papa non presumitur confirmare iuri repugnantis.
- 59 Pactum, ne emphiteusis ecclesiastica incidat in commissum, hodie non valet, etiam si à Pontifice legeretur commissum.
- 60 Clausula, si in evidentem, quando in litteris Apostolicis apponatur,
- Litteræ apostolicae super alienatione bonorum Ecclesie, quando subreptitia iudicande, ibidem.
- 61 Jurisdictio delegata non attenditur, sed uti extraordinaria, referenda.
- 62 Delegatus formam sua delegationis diligenter servare debet:
- 63 Actus à principio omnino nullus, semper nullus.

Alig-



- 63 Alienatio facta contra formam extravagantis ambitione, est nulla, ibidem.
- 64 Clausula: suplentes omnes defectus in litteris apostolicis, quid suppleat. Defectus substancialis suppleri non solent, ibidem.
- 65 Consensus rectoris in alienatione bonorum Ecclesia, quando nihil valeat. Confirmatio actus facta à Papa quid efficiat, ibidem.
- 66 Solemnitas, & forma substancialis sunt juris publici.
- 67 Alienatio presumitur facta in fraudem, si fiat in consanguineos.
- 68 Alienationes, antequam fiuant, debent precedere tres tractatus, cum quibus fieri debent.
- 69 Alienatio si fiat sine Apostolica auctoritate, est nulla.
- 70 Etiam si sit juramento vallata.
- 71 Verbum omnino quid declarat.
- 72 Alienatio bonorum ecclesia potest à regore alienante revocari, etiam juremento interveniente firmata.
- 73 Alienatio bonorum ecclesia fieri potest auctoritate ordinaria de pradiis, parvi momenti.
- 74 Prædia, quæ possint dici parvi momenti.
- 75 Alienatio bonorum ecclesia, nunquam fieri debet, nisi in evidentem ecclesia utilitatem.
- 76 Clausula, & tunc in evidentem ecclesia utilitatem quid operetur.
- 77 Emphiteusis quotuplex sit.
- 78 Emphiteusis non datur, nisi interveniente scriptura.
- 79 Emphiteusis, quot modis concedatur.
- 80 Emphiteusis, quo casu censenda sit legalis.
- 81 Idem, quod num. 79.
- 82 Pater familiæ accipiens rem suam in emphiteusim ab ecclesia sibi præjudicat.
- 83 Bona laicalia ecclesiæ data, & à donante in emphiteusim accepta, publicari non possunt.
- 84 Idem, quod num 79.
- 85 Quando conceditur ad tertiam generationem, qua fieri debeat computatio.
- 86 Idem, quo i num. 79.
- 87 Emphiteuta in laicali emphiteusi debet solvere onera pro sua portione.
- 88 Emphiteuta in ecclesiastica emphiteusi non debet solvere onera pro sua portione.
- 89 Idem, quod num 87.
- 90 Quare emphiteuta in ecclesiastica emphiteusi non debet solvere onera pro sua portione. Statuta laicorum non includunt bona ecclesia, emphiteutica penes laicos existentia, ibidem.
- 91 Consuetudo unius provincie non extendit ad alias.
- 92 Idem, quod num. 90: Quare consuetudo unius Provincie non extenditur ad alias, ibidem.
- 93 Declarat.
- 94 Fraudem sacrae canones execrantur.
- 95 Bona ecclesiæ donata presumuntur libera.
- 96 Immunitas pradii competit & melioramenti.
- 97 Accessorium sequitur naturam sui principialis.
- 98 Quinquagesima quando, & cui ab emphiteuta solvenda.
- 99 Emphiteusis quare concedatur.

Meli-



- 100 Melioramenta diverso jure non censentur, & quare.
- 101 privilegium ecclesie unius civitatis concessum ad conseruandas ecclesias ostenditur.
- 102 Sextus V. quos Urbis incolas varijs prævilegijs nunciaverit.
- 103 Ecclesia interest, ut ejus bona emphiteutica augeantur.
- 104 Emphiteusi ecclesiastica gaudet immunitate à collectus.
- 105 Et quare.
- Immunitas est realis in bonis ecclesie, ibidem.
- 106 Immunitas transit ad emphiteutam ecclesie.
- 107 Secus in emphiteusi laicale.
- 108 Idem, quod num. 105. & 106.
- 109 Statuta laicorum non possunt super ecclesia bonis diffonere.
- 110 Statuta laicorum clericos nunquam ligant, nec ecclesias, etiam si sint aqua, & honesta.
- 111 Bartoli sententia, quod statuta honesta, & aqua possint ligare clericos, non recipitur.
- 112 Quare statuta laicorum, etiam si sint aqua, & honesta, non ligant clericos.
- 113 Principes seculares non debent indireclè contra ecclesiasticam libertatem quid attentare.
- 114 Principes seculares aliquid indireclè attentantes contra ecclesiasticam libertatem incident in Bullam Cœnam Domini.
- 115 Iudex ecclesiasticus laici judicis negligentiam supplere potest, non contra.
- 116 Declara.
- 117 Misericordia non est prohibitio sationis orizæ.
- 118 Clerici, ut in rebus aquis obedient, quod magistratus adeundi, & qui superiores.
- 119 Praesules Ecclesie sunt quibusvis laicis magistratibus maiores.
- 120 Orizæ satio vicinæ populis noxia.
- 121 Hominis gratia omnia sunt constituta.
- 122 Homo est dignissima creaturarum. Eum Deus ad imaginem suam fundavit. ibidem.
- 123 Hominis omnia subiiciuntur. Homo est omnium rerum forma, ibidem.
- 124 Hominis vita est inestimabilis.
- 125 Publica utilitas private est præferenda.
- 126 Aer gravis cœtum inficit. Mortem homini approperat, ibidem.
- 127 Sordes sunt extra urbem efferenda.
- 128 Pestifera loca ad habitandum eligentes non sunt à peccato immunes.
- Aer impurus ubi est, ibi, & morbo si cives, & pauci, ibidem.
- 129 Regia dignitas, & ignominia in quibus consistant.
- 130 In privilegio, quando etiam non privilegiati includantur.
- 131 Pœnam statuentes laico pro facto clericis in Bullam Cœnam Domini incident. Clerici Principis edicto nunquam ligantur, ibidem.
- 132 Declara.
- 133 Clerici, quamvis legi seculari non subiiciuntur, subjecti tamen sunt legi naturali.
- 134 Laici carent jurisdictione leges condendi, & edicendi contra clericos.

Bbbb Matr. b.

- 135 Matrimonia non poſſunt à laicis prohiberi, ne contrahantur cum personis certi loci.
 136 Matrimonialis materia eſt de jure poli.
Fæmina non amittit lucrum, etiam ſi contra ſtatutum forenſe nupſerit, ibidem.
- 137 Libertatem ecclesiæ violantibus divina cœlitus ira reſiſtit.
 138 Nicēphori Phoca lex Ecclesiæ libertati repugnans, ſuit abrogata.
 139 Aſculphi Longobardorum Regū ſacrilegi miſerandus interitus.
 140 Federici ſecundi Imperatoris ſemini di- vino iudicio extinctum.

VERA, communis, & vulgata eſt conelatio, quod bona ecclesiastica citra Papæ conſenſum alienari non poſſint, ex pluribus ſupra allegatis. Sed dubitatur, an de bonis ligitioſis ſine beneplacito ipſius Papæ & ſolemnitatibus à jure requiſitis cum emphiteuta, seu feudatario, ut emphiteuta in illorum poſſeſſione remaneat, liberè transiſi possit. Et videtur, quod ſic, ſi emphiteuta, vel feudatarius eſt in poſſeſſione, tanta tunc tranſactio non videtur alienatio, ut tenet Jaf. in l. iuſfirandum, quod ex conventione, §. populus, numer. 4 ff. de jure juri. & gloss. in l. nulli, ff. de tranſact. quæ conelatio procedit, duntaxat in bonis ecclesiæ donatis, vel legato, vel testamento, ſeu alijs reſiſtis, quæ nondum fuerint ecclesiæ incorpoſata, Rot. conf. 184. num. 1. & 2. Rol. conf. 15. numer. 42. volum. 1. Ceph. conf. 375. num. 30. & 31. vol. 3. & ita diſtinguit Jaf. poſt alios quamplures per ipſum pro communi opinione citatos, in l. legatum, nu. 15. 16. & seq ff. deleg. 1. idem declarat, & diſtinguit, Bald. conf. 16. Tiraq. de retract. conf. ſang. aut. & quipol. §. 1. gloss. 14 num. 14. Natta. conf. 44. ubi afferit, quod doctores, qui pro contraria opinione allegantur, loquuntur f de tranſactionibus, quæ fiunt cum fratribus mendicantibus, cum quibus id eſt ſpeciale, vel cum ecclesiaturum

recoſtoribus ſuper bonis nondum ecclesiæ vniſis, & incorpoſatis, non autem ſuper bonis, quorū directum dominium eſt penes ecclesiā, cui ſunt incorpoſata, tu- per quibus ſine confeſſu Papæ tranſiſi non lieet, niſi ecclesiā remaneat, aut in- diuſatur in poſſeſſionem, ut per gloss. in d. l. nulli, & ibi Bart. numer. 2. de tranſact. idem Bart. in dict. l. 1. num. 3. C. ſi adverſ. tranſact. cum quo tranſiſit. Jaf. liſtimando priuſ per ipſum dicta in eadem l. iuſfirandum, quod ex conventione, §. pupillus, nu. 4. in fine, ff. de jure juri. Natta eodem conf. 44 num. 3. 12. & 13. & Borgniu. poſt plus reſ alios decif. 45. alias 16. in additione, nu. 44 par. 1.

Nec ſuper decimis valet tranſactio de decimis facta cum Prelato, ſeu ec- clesiæ rectore, non ligat ſuccoſorem, per text. in capitulo veniens, ubi etiam gloss. in verb. conſirmata, & Abbas de tranſactio. & Caputaq. in decif. 16. par. 1.

Quæ tantere opinio, quoad bona no- dum ecclesiæ unita, nec incorpoſata, non carerit diſſiſtate, ex pluribus con- tra pro communi opinione per Alexan- d. citatis in dict. lege legatum, nu- mer. 2. & 3. ff. de leg. 1. cuius opinionem puto veriorem, præcipue, ut corrobora- tam à ſacro concilio Tridentino, ut in

649a

